

quæ in eis nulla est, (*intellige actu secundo*) esse non potest. Hæc enim rectè dicuntur, de proprio cuiusque peccato, non de Originalis peccati contagio: Quod tamen & ipsum à primi hominis voluntate sumfit exordium. Quod ipsum fusius explicat idem Augustinus lib. *Retractat. cap. 15.* Quem locum etsi magno labore, cum Romanensium hæres conciliare studet Iohannes à Daventria: nihil tamen tanto dignum profert promissor hiatu: vide Harm. Fabrit pag. 19.

95. Deinde verò negamus, ad peccati constitutionem necessariò hoc semper requiri *προσκειμενον*, ut sit voluntarium: Siquidem Apostolus ipse, malum quod nolit, se operari, disertè fatetur. Rom. 7, 19.

96. Sufficit in infantibus ipsa *ἀνομία*, corruptio & defectus, ex quo natura ipsorum iustitiæ divinæ non respondet: ac proindè impolluta haberi nequit.

97. Quin imò si rem paulò altius expendamus, liquet, ne in ipsis quidem infantibus, malum hoc *ἐκείνον*, sed verè, suo tamen modo, *ἐκείνον* dici posse ac debere, eosq; non invitos peccare, sed peccando delectari.

98. Etsi enim non ita est voluntarium, sicuti peccata actualia: ipsa tamen testis est experientia, infantes, primùm ac leviter voluntas ipsorum

rum